UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus rece[n]s illustrati

Alvarus <Pelagius>

Lugduni, 1517

Trigesimusprim[us] ar. de delictis alio mag[...]ro[rum] seculariu[m] in dignitatib[us] co[n]stituto[rum] vt p[rin]cipu[m]/ marchionu[m]/ ducum/ comitum/ [et] baronum [et] similium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29953

Visual Library

ab excōmunicato.ex̄ de procur.c.ſi.non obtenta abſolutio neque pōt fieri ꝑ epm̄:quia non reſeruat̄ pape.in clemē. ex̄ de ſen. ex.nup.prius ab excōmunicatione:ꝙ grā ſit ipo iure nulla.ex̄ de reſcrip.ipſo iure.li.vj. Item ꝙ infamia q̄ ex inceſtu cōtracta eſt.iij.q.iiij.conſanguineorū.vj.q.j.infames.non tollit̄ ꝑ diſpēſationē que ſit vt remaneant in matrimonio.ar.bonū ex̄ de ꝑben.nō pōt.§.ſi.li.vj.quia ꝓ illa infamia neceſſaria diſpenſatio ſpecialis.no.ij.q.iij.§.hinc colligit̄ ꝑ Inno.de re iud.cum te.de ſimo.ex diligēti. Itē ꝙ ples iam concepta ex tali matrimonio fiat legitima.ex̄ qui fi.ſint le.tanta.niſi hec omnia in diſpēſatione exprimā tur:diſpēſatio nō valet:quia oīa impedimēta exprimēda ſunt.ar.eorū q̄ legunt̄ ⁊ no.ex̄ de reſcrip.ex pte.j.⁊.c.inter ceteras.ergo ſuꝑ pmiſſis quatuor ſupplicandū eſt in tali caſu.⁊ primo ꝓ abſolutione:niſi facta fuerit a dioč.matrimonio ſeparato. Trigeſimo.quia ducunt maxime reges hiſpanie in domo ſua publicas meretrices:⁊ quibuſdam earū ſtipendia dant et neceſſaria in aula ſua et duci pmittunt ⁊ ꝯſentiūt: et ſic eorū aula ꝓ parte ꝓſtibulū eſt et lupanar et ſcortū:ſicut tēplū hieroſol.ij. Macha.vj.qđ chriſtianis pncipibus in magnā apud chriſticolas verecūdiā cedit:et offenſionem criminalē apud deū:cuius cōtra decalogū et preceptū mechiā in domo ſua nutriunt deteſtādā.Exoď.xx. Deutero.v.xxxij.q.iiij.meretrices.⁊.q.vj.non mechaberis.⁊ pricipes ſunt libidinis ſuoꝝ familiariū tacite:etſi nō expreſſe ꝯſentiendo.lxxxij.diſt. error.⁊.lxxxvj. facietis.ex̄ de homici.ſicut dignum.§.illi quoqꝫ.etiā turpitudinis ſunt patroni.ar.xxxij.q.ij.c.j.ex̄ de iureiu.quēadmodū.§.illud autē.ibi:patronus eſt turpitudinis.⁊.j.ibi: neqꝫ hoc libera ꝓbetur ei facultas peccandi ꝓpter impunitatem pcti.⁊.ff.ad.l.iuli.de adul.l.ij.§.j.ff.de fur.q̄ fas.§.j. ⁊ crimen lenocinij q̄ſi cōmittunt queſtuaria mācipia in domo tenēdo: licet ipe ſuū q̄ſtū recipiāt maledictū:q: nō eſt ſ minꝰ ꝙ ꝓprio corpore q̄ſtū facere.ff.de ritu nup.palā.§. lenociniū.⁊ no.xxxij.q.j.in.l.crimē.ſub.§.ꝙ ſi i adulterio, in gloſ.non tm̄. Trigeſimoprimo:q: a meretricibꝰ regni ſui mercedem et preciū recipiūt/cōtra illud Non offeres mercedē ꝓſtibuli. Deut.xxiij.no.ex̄ de deci.ex transmiſſa. xiiij.q.v.in ſumma.et illiꝰ inmūditie cooperatores ſunt cū illis eorū ſpolia percipiendo.legit̄ ⁊ no.ex̄ de fur.q̄ cum fure.ex̄ de rapinis.c.ij.§.ſi. Trigeſimoſecūdo:q: recipiūt ꝓcium ab aleatoribus ludi.ꝓcipue reges hiſpanie:qđ vocat̄ taulagiū:⁊ vendūt quolibet anno ꝓ certo ꝓcio.vñ pricipāt precium de ludo ꝑ legem ꝓhibito.ff.de ale.l.j.⁊ in ꝓhemio.§.conſtitutionis.ff.veteris.§.illud ſane.⁊ grauiter peccant ⁊ ad reſtitutionē talis ꝓcij ⁊ lucri tenent̄:quia cōtra legem mercant̄.vt in.l.greca/alearum vſus.C.e.⁊ no. xxv.di.c.j.et ex̄ de vi.et ho.cle.clerici.ij.ex̄ de exce.ꝑ. inter dilectos.⁊ fouent illud iniquū et cauſam dāni dant et peccati:ideo dānum dediſſe vident̄.ff.ad.l.cor.de ſic.l.inci.legitur et no.ex̄ de homici.de cetero.de iniur̄.et dā.da.c.vlt. Trigeſimotertio:q: aliq̄ eorū cū ſuis reginis et filijs carnes comedūt in q̄dragesima et alijs ieiunijs ſine neceſſitate vel ficta:⁊ cū cōſilio/ſuorū carnaliū et adulatorū medicorū:q̄ cū eis diſpenſant de conſilio diaboli contra iura de con.diſt.v.quadrageſima.et di.iiij.deniqꝫ.ex̄ de obſer. ieiu.cōſilium.§.ſi. De materia regū et eorū cōditionibus plene tractaui in.j.pte iſtius opis in multis locis.maxime in ar.lviij.§.quibꝰ ergo.et ex virtutibus q̄s debēt habere: poteris augmētare eorū peccata que habēt ꝯditis virtutibꝰ.ar.xxj.q.j.cum renunciat̄. Trigeſimoquarto:offendunt ꝑ malū exemplū pre ceteris:quia quū ſint reges dicti a ſe et alios iuſte regendo. xxj.diſt. cleros.℣. ſacerdos. ibi:ſicut rex a regendo.xij.q.j.duo.nec ſe nec alios regūt: ſed exemplum mortis prebent ſubditis ſuis:vt eſt expreſſum.xj.q.iij.precipue.et.c.ita corporis. vnde verſus.

Rex ſuperes:ſi te ſuperes precepto:honoris.
Degener es ſi degeneres a laude prioris.

Immo nec rex malus dicendus eſt.ij.q.j.ſcelus. Trigeſimoquinto vendunt officia/iudicaturas/tabellionatus/et alia que libere debent dari cōtra.l.et canones.C.ad.l.iuli.repe.l.ſancimus.que eſt canonizata.j.q.vij.ſancimus.ff.ad.l.iuli.de ambi.l.j.⁊.j.q.j.nullus itaqꝫ.⁊.q.vj.ſicut is.et ſunt occaſio talibus alios in precio aggrauandi et concutiendis ſuis ordinatis ſalarijs non cōtentis contra pre.l.ſancimus.ff. de cōcuſſi.l.j.et.ij.⁊ in.l.canonizata.j.q.j.concuſſionis.et xiiij.q.j.paratus.in ſi.vbi no.quid ſit concutere.in gloſ.cōcutere,⁊.c.in veritate.in ſi.et in gloſ.ſed qualiter,et no.in §.ſequē.et vlt.℣.in additione.q: paratio: erit emptor: vendere quod emit.j.q.j.quibuſdam. Trigeſimoſexto peccant in duellis que approbant cōtra.l.et cañ.vt no.j.§.expeditis.℣.v.in ar.xxxiij. Trigeſimoſeptimo pecunias eccleſie que extrahuntur de regnis ſuis in auro vel argento/ſuo fiſco applicant/dicentes ꝙ ſuper hoc legem vel pceptum fecerūt.qđ eſt cōtra iura ciuilia et canonica.talem eñi legē nō poſſunt facere in pecunia eccleſie. vnde.l.cur enim nō facimus diſcrimē inter res diuinas ⁊ humanas. C.de ſacro.ec.l.ſancimus.ij.xxiij.q.viij.§.ꝙuis.l.ſancimꝰ. et.l.vniuerſos.ibi/attētationis moleſtiam non ſuſtinere. libere enim ſunt res donate eccleſijs a lucratiuorum inſcriptionibus:vt pre.l.ſancimus.in autē.de eccle.ritu.§.ad h colla.viij.C.de ſacro.eccle.decernimus.C.de epiſ.et cleri. omnia priuilegia.C.de ſacro.eccle.l.placet.canonizata. xxj.q.j.l.placet.ibi:nulla ſolicitudo trāſlationū ſignetur. et ibi gloſ.et tales ſacrilegi ſunt.vt ibi.⁊.xij.q.ij.nulli.⁊ homicide:vt.e.cauſa.⁊.q.c.j.⁊ lex particularis/vel conſuetudo in contrariū:quia eſt contra eccleſie libertatē.ex̄ de cōſue.cum venerabilis.x.diſt.quaſi per totum.xcvj.diſt.bene quidem.ex̄ de re.ec.non al̄.c.ſi.qđ optime facit.et non poſſunt res eccleſie confiſcari.xvj.q.j.in canonibꝰ. ¶ Offendunt nihilo minus in omnibus articulis in quibus imperatores offendunt.ſ.proximo.§.exaratis.et imperatores in his omnibus ꝓlibatis in quibus reges offendunt ⁊c.

¶ Articulus.xxxj. A

Deinde dicendū eſt

de peccatis principum et aliorum preeminētium. Qui autem ſint principes/duces/marchiones/comites/valuaſſores/capitanei/⁊ alie dignitates ſeculares.vide in libro feudorum.quis dicatur ⁊c.et qđ legit̄ et no.ex̄ de elec.fundamenta.§.vt ergo.in gloſ.Joan.an.que incipit: In libro feudorum. Principatus autem etſi ſit per ſe quedam ſuperior dignitas poſt imperatores et reges:ſicut colligitur ex ordine verborū pre.§.vt ergo. De quibꝰ principibus qui ſunt precipue in alemānia: et adhuc rome legitur ex̄ de elec.venerabilē.§.verū ⁊ nunquid.§.obiectioni.⁊.§.qđ autē.§.inſuper.⁊ ex̄ de iureiu. Romani.in clemē. Largum tamen nomen eſt cōprehendens imperatores et reges:vt pre.c.Romani.in prin.et.xvj.q.vij.ſane. in ſi.et.xij.q.ij.de rebus.ſic accipit̄ etiam:venit enim princeps huius mūdi ⁊c. Joan.xiiij.et.j. Joan.iij.de peni.diſt. ij.ſi enim.ideo mixtim de ipſis et ducibus et ꝓceribus et baronibus et marchionibus et comitibꝰ ſimul tractemus tangendo eorum ſcelera et defectus. ¶ Peccant aūt hi primo in taleis et exactionibus indebitis ſubditoꝝ.xiiij. q.v.nō ſane.vide qđ legit̄ et no.xvij.q.ij.ſeruitiū.j.q.j.nullus.ij.ex̄ de cēſ.peruenit. ¶ Scđo:quia faciunt conſtitutiones ſeu potius deſtitutiones ſuas contra eccleſiaſticā libertatem.ex̄ de re.eccle.non al̄.cum laicis.ꝓpter qđ tam ipſi ꝙ ſcriptores ⁊ ſeruatores ſunt excōmunicati ipo iure: ⁊ feudis que tenēt ab eccleſijs:ſunt priuandi.tex.c.grauē dicit priuari.ſꝫ vide gloſ.ibi et doct.ex̄ de ſen.ex.nouerit.⁊ c.grauē.et poſſunt feuda alijs potentioribꝰ concedi: qui ipſa petant et pro eccleſia recognoſcant.ex̄ de feud.c.ij. ¶ Tertio:qđ eſt quaſi cōmune omnibus principibus mūdi:ꝙ volunt habere capellas ſuas et capellanos ſine auctoritate epiſcopali et volūt ꝙ capellani ſui habeāt curā animarū ſuarū vxorū filiorum et familie.⁊ ꝙ oblationes eis factas:vbicūqꝫ etiam miſſas audiant:ſuas faciant et

Diuerſarū ſclariū prātū noīa.

In qbꝰ domini et ſupiores offendāt.

ſinburſent.qđ iuri cõmuni non conuenit.xvj.q.j.§.ecce.ſ.⁊
ij.et.c.cunctis.⁊.q.vij.nullus omnino.vbi de hoc.ex̃ de he
reti.ad abolẽdũ.§.fi. de of.archidia.cũ ſatis.vbi de hoc.ni
ſi forſan ſup his ſint a ſe.ap. priuilegiati ſpecialiter: ſicut
apparet in duce burgundie:cui⁹ capella multis pͥuilegijs
eſt munita.ex̃ de priuil.cum capella. Ut tñ ſcias ꝙ alicui
clerico in aliqua dignitate cõſtituto ne videat̃ priuilegiũ
perſonale.ex̃ de of.del.qm̃ abbas.talia ꝑpetuo cõmittan/
tur.alẽs laicus nõ debet ſe de talibus intromittere:nec ha
bere põt poteſtatem cõmittendi curã anime ſue/ vel vxo/
ris/vel familie cui vult.xcvj.diſt.bene quidem.xvj.q.vij.c.
ſ.⁊.§.cum ergo in noua.et.c.ſequẽ.vſqꝫ ad.§.vt ergo. Nec
em̃ licet laicis eccleſias regere:nec oblationes accipere.
x.q.ſ.q: ſacerdotes.⁊.ij.c.ſeq.et videt̃ ibi dici/ꝙ tales ſunt
excõmunicati ipſo iure.nec mirum:quia nec etiã ſacra va/
ſa vel veſtimenta ab inſacratis hominib⁹ tangi debẽt. de
cõ.diſt.j.in ſancta.et.c.veſtimenta. Generaliter etiã ꝓhi/
bitum eſt omnibus laicis/ꝙ de ſpũalibus ſe nullatenus
intromittãt.de elec.maſſana.de arbi.cõtigit.de iudic. de/
cernimus. de ꝑſcrip.cauſam.de deci. q̃uis.c. ꝓhibemus.
nec videt̃ excuſare epiſcopi authoritas in hac pte vt ibi.⁊
lxxix.di.iudicatũ. ¶ Quarto:q: liberos homines ſubij/
ciũt ſeruituti:⁊ eis graues exiſtunt.xiiij.q.v.nõ ſane. quũ
tamen nullus liber ſeruus debeat fieri:niſi qui vendit ſe
ad precium participandum.xxix.q.ij.relatũ. Sed ſicut di/
cit Salomon:breue regnum nõ parcit ſubditis.quia in la
ta gente gloria principis:⁊ in diminutione ppl̃i contritio
principis denotat̃. Prouer.xiiij.et adde qđ ſcripſi.ſ̃.in pri
ma parte in ar.lxij.ꝟ.vj.conditio.ſ.q.iiij.§. Itẽ in pctõ achor.
et.ꝟ. Item dauid. ¶ Quinto:in licitis ſuis ſuperioribus
inobedientes exiſtunt:⁊ plerũqꝫ q: pauperes ſunt:ipſos
contẽnunt.vnde peccatum idololatrie incurrunt.ſ. Reg.
xv.xxxij.diſt.§.verũ.xxiij.q.ſ.quid culpatur.vbi de hoc. et.
q.v.cũ miles.vide qđ legit̃ ⁊ no. ex̃ de tẽpo.or. ad aures.
¶ Sexto:q: ꝓpria temeritate vxores a ſe reijciũt.⁊ alias
intromittunt/credẽtes ſibi neſcio ex qua corruptela ↄſue
tudinis hoc licere.ex̃ de diuor.porro.et de ſponſa.c.ſ.vide
qđ no.ex̃ de adulte.c.fi.xxxiij.q.ij.quos de⁹. ex̃ de tranſac.
c.fi. ¶ Septimo:q: ex adulterio nati ſepe ſuccedũt: et ſic
iure ſuo priuãt heredes legitimos qui deberẽt ſuccedere.
nec ſaluari poterunt niſi diſpenſet̃ cũ eis per ſuũ ſuperio/
rem.ex̃ qui fi.ſint le.per venerabilem.⁊ no.ſ̃.eodem.§.ex/
pediti.in fi.ꝟ.poſſunt imperatores. in additione. xxx.ar.
niſi reſtituãt.ex̃ de peni.⁊ re.officij.de vſuris. cum tu. ha/
bet̃.ſ̃.§.primo poſt imperatorũ pus.ꝟ.xviij. ¶ Octauo:
q: nõ ſeruant iuſtitiam pauperi maxime nõ habẽti q̃d of/
ferat.xj.q.iij.pauper.quem etiam frequenter ſuſpendunt
ꝓ modico.et ideo q̃nqꝫ ſine iuſtitia occidunt̃:ſꝫ qui nõ ti/
met iuſtũ iudicem:nõ credit eum beneuolum vel pacificũ
inuenire.xxiij.q.v.regũ. ¶ Nono:quia epõs ⁊ alios cleri/
cos non honorãt:ſicut debẽt.ex̃ de ma.⁊ obe.ſolite.ſed eis
iura ſua ſubtrahũt:⁊ plerũqꝫ ſubijciunt ſeruituti: de quo
tenent̃ in tremẽdo iudicio reddere rationem:quia hoc fa
ciunt contra iura.diſt.j.ius publicũ.xj.q.j.ↄtinua.de iure/
iu.ꝑuenit.j.⁊.c.nimis de iure.⁊.c.ſe. ¶ Decimo:q: de faci/
li et ꝓ nihilo faciunt guerras:quas et ſi magna eſſet cau/
ſa:ſub authoritate ꝓpria facere non deberent.legit̃ ⁊ no.
xxiij.q.ij.in ſumma.⁊.c.j.⁊ dixi.ſ̃.§.primo.ꝟ. eſt aũt iuſtũ.
et in additione ibi. ⁊ in ſumma Oſtiẽ.de tre.⁊ pace.§.q̃d
ſit iuſtũ bellũ.et ꝑ Innoc̃.de re.ſpo.olim.j. ¶ B Sex
ſunt cauſe quare pax non eſt inter homines. Prima/quia
nõ puniunt̃ maleficia. Eccl̃s.viij. Quia non profert̃ cito
cõtra malos ſententia:abſqꝫ vllo timore filij hominũ ꝑpe
trant mala. Secũda/abundãtia tẽporalium. Geñ.xiij. Fa
cta eſt rixa inter paſtores gregũ Abraam et Loth. Iaco.
v. Unde bella et lites ⁊c. Tertia/q: non occupamur in pu
gna contra demones. Ideo non pugnamus vt homines.
Ephe.v. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ ⁊ ſan/
guinem ⁊c. Quarta/quia non conſideramus dãna guer/
re:in qua iniuſta ꝑdimus animã corpus et res. Quinta/

Pax q̃re nõ ſit inter mortales.

quia nõ cõſideramus/ꝙ dubius eſt euentus litis. ad hec
duo.ij. Reg.xj. Sexta/q: non cõſideramus et ſeruamus
precepta dei. Baruch.iij.ibi/Si in via dei ⁊c. Eſt autẽ pax
trãquilla libertas.a pacto data.poſterius vero accipitur
pax fedus initum primũ ſm̃ Iſido.ad hec.xxiij.q.iij.illi.
Guerra ẽ aſpera:pax dulcis.xxiij.q.j.noli. ¶ Undecimo:
q: non ſoluũt decimas:vt.ſ̃.in ar.xxxj.§.poſt imperatorũ.
ꝟ.ix.de regib⁹ dictũ eſt. ¶ Duodecimo:q: ſiqs vaſallorũ
ſuorũ vel hominũ quãdoqꝫ offendat in aliquo:ipſum nul
la lata ſententia exheredãt:iuris ordine nõ ſeruato:et di/
cunt ſibi ius:vel ipſimet ſententiam ferunt ſicut placet:et
poſtea exequũtur/cõtra iura. C.ne quis in cauſa ſua iudi
cet.vel ius ſibi dicat. in rubro,⁊ in nigro. C.de his q̃ ad ec
cleſias cõfu.damnamus. C.de iudic.nullus.ff.quor lega.
l.ſ.legit̃ et no.xxiij.q.iiij.inter querelas.xvj.q.vj.c.j.⁊.ij.et
ideo tenentur ad reſtitutionem:quia nihil intereſt vtrum
hoc fiat nulla lata ſententia: vel vitioſe lata.ff.qui ſatis
da.co.quotiens.ff.de acq̃.tu.l. nulla differentia. ¶ Tre/
decimo:in iuſtitia differẽda. Nã ⁊ ſi qui de talib⁹ inueniã/
tur qui nullatenus forſan vellent iniuſtam ferre ſenten/
tiam:tot tamen dies aſſignant:⁊ tot affligunt partes la/
boribus et expenſis:ꝙ aut cogunt̃ iuri ſuo renuntiare:vel
ipſum vẽdere:vel alẽs cõponere ſup ipſo ſicut alẽs legit̃ ex̃
de reſcrip.nõnulli. Ideoqꝫ tenẽtur ad reſtitutionẽ totius
intereſſe.⁊ alẽs puniri debent.ar. ex̃ de reſcrip.c.fi.§.fi.⁊.c.
ceterũ.in fi.⁊.C.de iudic.ſancimus.⁊.l.ꝓperãdũ.§.illo p̱
cul dubio. ¶ Decimoquarto em̃ peccant in cõcuſſionib⁹.
Eſt autem cõcutere aliqua petere vltra debitum ratione
officij alicuius. Dicit̃ autem cõcutere qui ꝑ oppreſſionem
et minas extorquet pecuniã.ff.de cõcuſ.l.j.⁊.ij.et no.xxiij.
q.j.paratus.in vlt.glo.ſm̃ Canoñ. Concuſſor: punit̃ pena
quadrupli.et etiã ſm̃.l.no.xxiij.q.j. militare.in gloſ.fi.et
rapinis in taleis ſpolijs et homicidijs.ſup quo vide ex̃ de
rap.c.j.de iureiu.ſicut.⁊.ſ̃.c.ij.xxiij.q.viij.vt pridem. peccãt
et in omnibus alijs in quibus imperatores et reges pec
cant:que.ſ̃.ſcripta ſunt in.§.duobus precedentibus.

Pax q̃d ſit.

Concuſſor.

¶ Articulus.xxxij.

Expeditis ſuperiori/
bus dignitatibus ſecularibus/ad ſtatus pri/
uatorũ ſecularium deſcendamus. ¶ A Pec
cant autẽ milites maxime in gallicia in qua
pur cõmuniter de rapina viuũt. Primo ſeculares ſimpli
cis militie:quia non ſunt contenti ſuis ſtipendijs:ſed con
cutiunt homines contra ſententiam Ioã.bap.dicẽtis eis
Luc.iij. Neminem cõcutiatis:neqꝫ calũniam faciatis eſto
te ↄtenti ſtipendijs vrĩs.xxiij.q.j.parat⁹.ad fi.⁊.c.militare.
in fi.et.lxxxvj.di.nõ ſatis.in fi. ¶ Scđo peccãt ipugnãdo
ſepe priãꝫ: ⁊ dñm cui ex forma fidelitatꝫ ſeruire tenent̃.ff.
de iuſti.⁊ iur.vt i.ff.de reli.et ſump.fu.minime.xxiij.q.j.q̃d
culpat̃.et.c.ſumma militie.xxij.q.v.de forma. ¶ Tertio q:
fauent in illicitis manifeſtis alẽs ſecus.xxiij.q.j.quod cul/
pat̃.dñis:et ſeruiũt in iniuſtis bellis:q̃n potius deberent
recognoſcere imperatorẽ celeſtẽ.xj.q.iij. Julian⁹.et.c.qui
reſiſtit.et diſt.viij.q̃ cõtra. Sic fecerũt illi chriſtiani mili/
tes thebeorũ dicentes Maximiano precipienti eis cõtra
chriſtianos ſeruire. Milites ſum⁹ inquiũt imperator tu:
ſed tamẽ ſerui quidem libere cõfitemur dei.tibi iuſtitiam
debemus:illi innocentiam.a te ſtipendiũ laboris accipi/
mus:ab illo vite exordium ſumpſimus.ſequi in hoc impe
ratorem nequaꝙ̃ poſſumus/vt authorem deum negem⁹
ſi non compellimur vt offendamus:tibi vt fecimus hacte
nus parebim⁹:ſin aũt illi parebimus potius ꝙ̃ tibi.dexte
re noſtre aduerſus impios pugnare:ac inimicos ſciunt la
niare:pios et cõciues neſciunt.pugnauimus ſemꝑ ꝓ iuſti
tia.ꝓ pietate.pro innocentium ſalute.pro fide.hec fuerũt
nobis hactenus ꝑcia periculorũ.quo ergo pacto cõſeruae
mus tibi:ſi hec deo noſtro non exhibemus? Iurauimus
primũ in ſacramẽta diuina:iurauimus deinde in ſacramẽ
ta regia.nihil nobis de ſecundis credis eſſe neceſſe:ſi pri

Milites in q̃bus pleriqꝫ offẽdũt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN